

Or. Pgt. Auf dem Rücken Reste des Königssiegels. — Böhmer-Ficker nr. 883, wo auch die ganz unbrauchbaren Drucke. Herquet a. a. O. nr. 1.

II.

1276. Febr. 6. K. Rudolf bestätigt dem Werner von Minzenberg alle seine Reichs-Privilegien, Rechte und Freiheiten.

Rudolfus, dei gracia Romanorum rex semper augustus, universis sacri Romani imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum. Devota fidelium nostrorum servicia eorum, a quibus eadem procedunt, ac indesinentis fidei ampliora frequenter recipiunt incrementa, et condigna merentur retributione merita de nostre maiestatis munificencia et exuberantis pietatis clemencia premia reportare. Cum itaque dilectus fidelis noster Wernherus de Minzenberg, regalis camere nostre cammerarius, progenitorum suorum in omni devocione, fide et dilectione erga nos et sacrum Romanum imperium vestigiis inhercat et virtutis eorundem exemplaribus se conformet, dignum decernimus ipsum respectu gracie specialis specialius honorare. Hinc est, quod nos omnia privilegia, iura, libertates et concessionem, sibi suisque progenitoribus a nostris antecessoribus divis imperatoribus et regibus traditas et concessas, liberaliter innovamus, innovatas auctoritate regalis celsitudinis presentis decreti munimine confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis gratiam infringere, vel ei ausu temerario contraire; quod qui facere presumpserit, gravem maiestatis nostre offensam se noverit incurrisse. Datum apud Nurenberg VIII. id. febr. ind. IIII. regni vero nostri anno tercio.

Or. Pgt. Majestätssiegel etwas verletzt. — Böhmer nr. 1265 (S. 406). Herquet nr. 6. Gedruckt nach einem Copialbuch saec. XV. im Archiv f. Hess. Gesch. 8, 250 (und 244).

III.

1290. Sept. 18. K. Rudolf gewährt Heinrich, vormalis Schultheiss zu Frankfurt, und den Burgmannen zu Rödelheim die Gnade, dass sich 6 Juden bei dieser Burg aufhalten und handeln dürfen; der aus ihnen zu ziehende Gewinn soll zur Wiederherstellung und Erhaltung der Burg verwandt werden.

Nos Rudolfus, dei gracia Romanorum rex semper augustus, ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam cupimus pervenire, quod nos, attendentes insignia merita serviciaque gratuita, quibus strenuus vir Henricus, quondam scultetus in Frankenfort, erga nos et imperium dinoscitur relucere, sibi et heredibus eius et eius intuitu castrensibus nostris in